



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

45 Abbatissae aetas, quae, & ut eligi possit, quae requirantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

ut ad Monasterium redeat est cogendus, & tanquam apostata puniendus, interim verò nullo privilegio suæ religionis juvari potest. Conc. Trid. eod. cap. 19. §. quod si antea.

43 Apostata ꝑ pœna est excommunicatio-
nis, quæ incurritur ipso facto, ut est text.
in cap. 2. §. si quis autem, ubi etiam gl. ne
cler. vel Mon. in 6. & Pius Quintus revo-
cavit, & abolevit omnia, & singula privi-
legia, facultates, dispensationes, & indul-
ta, præter juris communis dispositionem
emanata, recipiendi, vel retinendi Fratres
Monachos, Canonicos, & alios laxiorum
ordinum professores, &c. Cassavit quoq;
& annullavit quo ad illa, omnes Aposto-
licas, & alias litteras super iis confectas, ac
processus, & alia inde secuta quæcunque.
Quoscunque verò, qui aliquem contra suæ
revocationis tenorem admitterent, aut re-
ciperent, vel receptos retinerent, ipsos, om-
nibus, & singulis dignitatibus, admi-
nistrationibus, beneficiis, officiis, fructi-
bus, & pensionibus Ecclesiasticis privavit,
& ad futura inhabiles esse voluit eo ipso,
ut in litteris, de quibus in Bull. cap. 91.
& quia regulares de uno ad aliûm ordi-
nem translati, facili à suo superiore licen-
tiam standi extra monasterium obtinere
solent, ex quo vagandi, & apostatandi oc-
casio tribuitur, nemo superior cujusvis fa-
cultatis vigore aliquem ad habitum &
professionem admittere potest, nisi ad or-
dinem ipsum ad quem transfertur sub sui
superioris obedientia in claustris perpetuò
maneat, & taliter translatus etiam si Cano-
nicorum Regularium fuerit ad beneficia
secularia, etiã curata omninò incapax exi-
sit. Conc. Trid. cap. 11. de refor. sess. 14.

45 Abbatissæ ꝑ verò, & aliæ præfectæ Mo-

nasteriorum quocunq; nomine appellen-
tur minores annis quadraginta, & quæ o-
cto annis post expressam professionem
laudabiliter vixerint, eligi non possunt.
Concil. Trid. c. 7. de regul. & mon. sess.
29. & c. sanctimonialis 20. q. 1. olim enim
Abbatissam sexagenariam esse oportebat.
cap. indemnitatibus. junct. gl. de elect. in
6. quod hodie si qualitatibus supra à
Conc. Trid. traditis non reperitur in eo-
dem Monasterio, ex alio ejusdem ordi-
nis eligi potest, & si hoc etiam incommo-
dum superiori, qui electioni præest, vide-
bitur, ex iis, quæ in eodem Monasterio
annum trigésimum exceßerint, & quinq;
saltem annis post professionem rectè vixe-
rint, de consensu Episcopi, vel alterius su-
terioris eligi poterit. ut eod. c. 7. §. quod
si hu, & quod ita de consensu Episcopi fi-
eri possit, fuit à sacra congregatione de-
cisum super eod. cap. 7. vers. an eo casu.

Episcopus verò, vel alius superior, qui
46 electioni præest, ꝑ claustra Monasterii in-
gredi non debet, sed ante cancellorum fe-
nestellam vota singularum audire, vel ac-
cipere tenetur, in d. 6. 7. §. Et si quæ. Atq;
cum Vicario suo, vel Secretario, aut alio ab
ipso assumpto, vota singularum Monialium
oretenus expressa, superior audire potest.
ut in decis. super eod. cap. in factis. in ver.
accipiat. si nec quadragenaria, nec quæ tri-
gesimum annum expleverit, in ipso Mo-
nasterio reperitur, minoris ætatis eligi
non potest, sed ad Papam est recurrendi,
ad quem spectat postulationem hujusmo-
di admittere, Sacra congregatio super eod.
cap. 6. §. quod si nulla.

47 Episcopis ꝑ sub obestatione divini ju-
dicii, & interminatione maledictionis a-
tertæ præcipitur, ut in omnibus Mon-
steriis